Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30277
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



libus sufflantes sic solet examinari ferrum. ita
examinabantur. donec ad nichilum redigeretur
illa multitudo animarum que ibi urebatur.
Cumque ita loquerentur. ut nil aliud nisi aqua ap
pareret. uigulabantur tridentibus ferreis et posi
ti super incudem percutiebantur malleis. donec
uicene siue tricene uel centene anime in
unam massam redigerentur. et inde quod est grauius
non ita perirent. desiderabant enim mortem. nec
poterant inuenire. Loquebantur uero tortores ad
inuicem. Nonne sufficit. Et alii in alia domo
responderunt. Licite nobis ut uideamus si suf
ficit. Et proicientes alii capiebant eas in for
cipibus ferreis ante quam terram tangerent. et sic primi
ita et ipsi eas ignibus tradebant. sicque misere
modo huc modo illuc proiciebantur. aie. et ubique paci
ebantur aie et comburebantur donec pelles simul
et carnes nerui et ossa. in fauillam redigerentur.
et flamam ignis. Anima autem
illa cum diu in his uersare
tur supplicius. affuit ei suus aduocatus
et more solito eam apprehendens de medio fa
uille cepit dicere: Quomodo uales? Numquid
fuerunt tam dulces carnis illecebre. ut pro eis
tot et talia tormenta debeas sustinere? Illa autem
ei respondere quia uires ad loquendum post tale
non habebat supplicium. Angelus autem domini cum eam
uidisset nimis afflictam blande alloquens
consolabatur eam dicens. Confortare quia dominus est
reducens ad inferos et reducens. Tu ergo esto
fortis quia licet sint mala que huc usque pas
sa es maiora sunt ea a quibus liberabis. si tamen
uoluntas fuerit nostri redemptoris. Ipse enim non
desiderat mortem peccatoris. sed ut conuertatur
et uiuat. Et post hec dicit. Omnes quos uidisti superius
iudicium dei expectant. sed isti qui adhuc sunt
in inferioribus iam iudicati sunt. adhuc namque non
peruenisti ad inferos inferiores. Et apprehendens
eam more solito confortauit. et reliquum ut
arripere iussit. Descensus ad inferos. xij.

Cumque simul pergerent. et ad inui
cem sermocinarentur. ecce subitus
horror et frigus intolerabile fe
torque antea inexpertus. et tenebre
prioribus incomparabiles. tribulatio et angustia a
nimam inuaserunt pariter. ita ut omnia fundamen
ta orbis terre uiderentur sibi contremiscere.
et angelo qui eam precedebat compelleretur dicere.
Heu mi domine quid est quod munus solito stare
possum. In tantum enim turbata sum. quod spiritum ha
bere ad loquendum non possum. Cumque stando pre
stolaretur angeli responsum. non enim poterat se
mouere pre nimia formia formidine. ab
oculis eius angelus cito disparuit. et eum
uidere amplius non potuit. Videns igitur mi
sera longe se inferiorem esse ab hominibus
quos antea uiderat peccatoribus. et de suo lumi
ne ac solatio desolatam. quid aliud nisi omnino
de dei misericordia desperare potuit. Non enim ut ait
salomon sapientia aut scientia erant apud
inferos quo illa properabat. et ideo non habebat
consilium. quando deerat sibi dei auxilium. Facta
itaque mora. dum esset sola in tantis periculis.
audiuit clamores et ululatus mire multi
tudinis. et tonitruum quoque ita horribile. ut
nec paruitas nostra possit capere nec lingua
eius ut ipse fatebatur ualeat enarrare. xiii.

De inferno inferiori.

Circumspiciens igitur si quomodo
uidere posset unde aduenerant.
hec sibi omnia uidit fossam quadran
gulam quasi cisternam. qui puteus putridam fla
me et fumi emittit columpnam. que columpna
usque ad celos extendebatur. Erat etiam ipsa
flamma maxima multitudo animarum simul
et demonum que ascendebat in ore fauilla
rum cum flamma ascendentium. et ad nichilum re
dacto fumo cum demonibus iterum cadebant
in fornacem usque ad profundum. Viso autem hoc
magno spectaculo uolebat se anima retro re
trahere. sed non ualebat pedem a terra leuare.
Sed dum hoc sepius pauore persuadente temptaret
facere. et se quod uoluerat non posse perficere
cerneret. nimio furore repleta in semetipsam
exarsit. et genas suas ungulis lacerans
clamauit. Ve mihi ut quid ego non morior?
Et quare ego miserrima scis scripturis crede
re nolui? Que me dementia decepit? Audi
entes hoc demones qui cum flamma ascende
rant. ilico eam circumuenerunt cum instrumentis
quibus miserorum animas ad tormenta rapue
runt. et circumdantes circumdederunt eam sicut apes
et exarserunt sicut ignis in spinis. et una uox e
rat omnium dicentium. O misera anima penis
et cruciatibus digna unde huc uenisti? Igna
ra penarum nondum experta es penas. adhuc ui
debis dignum tuis operibus tormentum. de quo exire
non poteris. nec in eo perire ualebis. sed semper in
cruciatu uiuens ardebis. Nullam consolati
onem nullum refugium. nullum uidere aut inue
nire potes lumen. nullum auxilium. nullam misericordiam
amplius sperare ualebis. Appropinquasti enim por
tis mortis. et inferioribus infernis sine mora pre
sentaberis. qui huc te duxit ipse te decepit.
Liberet te si potest de nostris manibus. non enim eum
uidebis amplius. Dole misera. dole. plora. et
ulula. lugebis enim cum lugentibus. flebis cum
flentibus. et in eternum ardebis cum ardentibus. Nonne